



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Legia Catholica

Roberti, Johannes

Leodii, 1633

18. Scriptores sacri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64596)

18. *Scriptores sacri.*

MUltum est, & magnum omnino, Catholicam Fidem, & Religionem, tot seculis illibaram retinuisse. Sed addit non parum ad hanc laudem, scriptis eandem tutatum esse, & ad Posteriores quoque nunquam morituris Monumentis, potenter propagasse. Hoc cum aliarum quoque Ecclesiarum Præsules, alijque memorabiles viri, egregie præstiterint: ne Leodienses quidem eodem in genere cessatores fuerunt. Hoc obseruo, hos Nostros, ea ex professo Argumenta tractasse, quæ Catholicos fuisse, velut claris signis, & notis probent. Aliquot produco in quibus faxo, id appareat.

Durandus Leod. Episcopus
49. contra nefarium Hæresiar-
cham

cham Berengarium nobilem Epistolam scripsit ad Robertum, Galliarum Regem, quâ & illius blasphemam hæresin confutat; & Christi Dei nostri Præsentiam in SS. Eucharistiâ, solidissimis rationibus astruit. Merito hîc repetamus Baronij verba, quæ suprâ in Durando posuimus. *Vides, inquit, Lector, prima spicula in virulentum Draconem vibrata fuisse à nobilissimâ Ecclesiâ Leodiensî, Catholica fidei tenacissimâ: in primis verò ab eius Episcopo Durando. Hoc certè Catholicum fuit, & contra eam Hæresin, quam ab inferis excitavit Calvinus, & quam hodie eius sectatores in primis inculcant.*

VVazo Episcopus Leod, 52. Manichæos Hæreticos, acri Epistolâ ad Catalaunensem Episcopum

scopum datâ solidissimè confutavit.

Adelinus Leodiensis Scholasticus, postea Brixienſis Episcopus, idem *Argumentum*, pari zelo, tractavit.

Algerus Canonicus Leodiensis, de Eucharistiæ item Sacramento, tres libros scripsit, *Optimè, plenissimè, perfectissimè*, inquit locuples Author, & idoneus Iudex, Petrus Cluniacensis.

Stephanus Episcopus Leodiensis, Vitam S. LAMBERTI, & Officium de SS. Trinitate.

Ratherius Episcopus Leod. vitam descripsit S. Vismari.

Godeschalcus Canonicus, Vitam S. LAMBERTI.

Anselmus Canonicus, Vitas plurium Episcoporum.

Nicolaus Canonicus, Vitam S.

Sancti LAMBERTI; & eiusdem
Sancti Triumphum Bullonicū.

Lambertus Canonicus, Vi-
tam S. Odilię, & Filij eius Ioan-
nis Abbatuli; & Triumphum
Steppefiacum.

Vide, vt isti Sanctorum Vitis
cedendis se addixerint, eorumq;
gestis heroicis, à quibus Secta-
rij, ab Ecclesiâ Catholicâ alie-
ni adeò abhorrent. Sed addo
alios aliquot, qui Argumenta
tractarunt, merè Ecclesiastica.
Siquidem

B. Notgerus Episcopus cō-
scripsit Profarum opus Origi-
nale.

Franco Scholasticus, de
Computu Ecclesiastico.

Ex Antiquioribus satis isti.

Iam recentiores, quis nescit?

Quis, inquam, ignorat *Leuinū*
Torrentij sacra Poëmata? Cha-
peauillā

peauilli Vitas omnium Episcoporum Tungrensium, & Leodiensium, quis non vidit? ut si-
leam alia sacra Opera, de Ca-
sibus Conscientiæ, alijsque Ar-
gumentis Ecclesiasticis, & pla-
nè Catholicis. Denique in ma-
nibus sunt libri Steuartij in S-
Scripturam, & alij.

Fuerunt hi duo extremi Ca-
nonici Leodienses, & Vicarij
Generales; quorum posterior
priorem proximè excepit.

19. *Obiectio, & eius Reiectio.*

NON addam plura Argumen-
ta, quibus nobile LEGIAM,
perpetuò Catholicam fuisse o-
stendam. Sed nec dissimulabo
obiectionem quorundam; qui
cum Hæresin illi impingere nõ
possint, schisma certè impin-
gunt.